simul sepulti. Ecce sic civitas illa sancta civitas refugii clarescentibus signis supra montem, id est in aperto posita est,
\v ut jam ejus gloria vix aliquem latere possit. aliq̄ Revera, fratres
\k karissimi, sicut beata Elyzabeth civitatem refugii se in terris exhibuit, miserorum necessitatibus, ut supra dictum est, pie subveniendo, ista civitas refugii in celo posita esse meruit, preces ad se clamancium misericorditer exaudiendo.

1234. vgl. Voigt S. 24.

Non longe post mortem magistri Cunradi devotus juvenis Conradus Lantgravius, frater Ludewici qui maritus fuerat beate Elyzabeth, divinitus et precibus utriusque fratris scilicet et sancte Elyzabeth promotus mundum cum flore despexit et hospitali domus theutonice se reddidit. Cujus gracia et auxilio, sicut supra dictum est, hospitale beate Elyzabeth in Marburg eidem domui theutonice donatum est.

dimit9 [divinitus] St. 579.

+ Vr. di. Hs.

mō

Ab illo tempore locus idem tum propter miraculorum gloriam tum propter illustrium personarum conversionem in fama et diviciis amplius proficere cepit. Considerantes fratres religiosi signa et prodigia, que beate Elyzabeth cotidie in loco fiebant, plures ex eis cum